

oblacione. Semel autem offerri, & non semel offerri: Oblatio una, & oblatio non una, sunt contradictoria. Manifestè igitur dogma Pontificiorum pugnat cum S. Scripturà. *Chemnitius in Exam. Concil. Trident. part. 2. de Missà pag. m. 257. seqq. Brochmannus in L. C. Vol 2. pag. 3019. Luc. Osiand. in Historiâ Ecclesiast. cent. 16. pag. m. 463. Graue in A C parte 8. p. à 52. usq; ad 165.*

3. *Missæ* Vocabulum nonnulli à מִזְבֵּחַ *altare*, deducunt. Hos refutat *Philippus in Apologiâ*, quum nulla fit Vocabuli *Missæ* & מִזְבֵּחַ convenientia. *Claudius Sainctes Prefat. in liturgias Patrum* à מִסָּפָה *missa*, quo *oblatio* significatur, deducit suamq; sententiam stabilire conatur loco *Deuter. 16. v. 10.* Ubi est: *Celebrabis festum diem hebdomadarum Deo tuo missa h. e. sufficientiam.* (Targum etiam ibi habet מִסָּפָה *Missæ*. Propriè autem מִסָּפָה significat *tributum*, estq; à Masc. מִסָּפָה idem, Φόρος, à Radice מִסָּפָה *liquefcere, dissolvi.*) Censet igitur *Theologus ille Parisiensis* Latinos *missæ* vocem accepisse à *Judæis Christianis*. Sed ipse